

tut. Sed est considerandum, perfectam cognitionem negationis non consistere in hoc quod ipsa directe & per modum entis representetur, sed in hoc quod cognoscendo clarissime entia positiva, in eis cognoscatur vnum non esse aliud, vel non habere aliud, seu hoc non esse vnitum illi absque alia directa representatione ipsius negationis vel priuationis. Et hoc modo perfectissime cognoscit Deus negationes ipsas, non quidem sine positivo actu & iudicio, quo Deus intuituendo duas res, simplicissime simul intuetur unam non esse aliam, & non esse coniunctam alteri, aut etiam non posse illi vniuersitatem: sed quia praeter hunc actum Deus non habet alii rationes distinctionum quo apprehendat ipsam negationem per modum entis positivam: hic n. conceptus neque Deo est necessarius, neq; ad perfectionem spectat. Quod autem Deus dicitur cognoscere ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt, non ideo dicit quia ad cognoscendam ea quae non sunt, seu negationes entium, necesse sit, Dei cognoscere negationem per modum entis positivam, sed quia

ta clare & distincte cognoscit ea quae non sunt, sicut ea quae sunt, cognoscendo & iudicando de unoquoque id quod est vel non est. Et praeterea quia Deus non accipit cognitionem a rebus, neque ut eas cognoscat, pender ex existentia illarum, sed aquae cognoscit possibilia, sicut existentia, & futura huius praesentia, vnumquaque tamen ita cognoscendo esse sicut est, vel non est sicut non est.

XIII.
Vtima sententia proposita.
Deus perfectissime cognoscit entia rationis.

Hac posterior sententia vera mihi videatur, & maxime consentanea divinae perfectioni. Solum addendum occurrit, quāquā Deus per se, & immediate non intelligat formando entia rationis, nihilominus tamē perfectissime cognoscere ipsa entia rationis, & ea ratione dici posse huiusmodi entia habere aliquod esse ex via divinæ cognitionis. Quia esse corū est esse obiectum in intellectu: si autem à Deo cognoscitur, sunt obiectū ē intellectu diuino: ergo habent esse sibi proportionem ex vi diuini intellectus. Quod autem hæc entia perfectè cognoscatur à Deo, dubitari non potest ob rationes priori loco positas, quae hoc saltem probant, & non aliud. Declarariq; pot, quia Deus comprehendit oīs actiones humanae imaginationis vel rationis, ergo comprehendit oīs fictiones formales (vt ita dicā) quae in his potentijs esse possunt: ergo etiam cognoscit fictiones obiectivas quae illis actibus metis correspondentia seu obiciuntur: atq; ita cognoscit omnia entia rationis que per operationes harum potentiarum quouis modo in surgere possunt.

XIV.
Dicere tamē potest aliquis, licet Deus ita cognoscat entia rationis, id non satis esse vt illa dicantur actu esse eo modo quo esse possunt, sed solum vt dicantur esse possibilia, vel potius imaginabilia, seu singibilia per humanam metem. Respondeatur non esse contendendum si aliqui hic modus loquendi magis placeat, nam erit contentio de nomine, potius quam de re: & talis loquendi modus non est improbabilis, nam cum haec entia tantum sint facta, unc proprio & peculiari modo dicuntur actu esse quoniam actu singuntur: non singuntur autē per intellectum diuinum, sed cognoscuntur vt singibilia per humanū intellectū, & sub ea ratione merito dici possunt non-

A dum actu esse. Quāquam si latius loquamur de qualibet esse obiectu illorum, sicut actu cognoscuntur per intellectum diuinum, ita etiam dici possunt actu esse.

XV.
Angelus, et
beatus an
formem et
tia rationis.

Ex his autem quæ diximus de intellectu diuino & humano, ferendum est iudicium de intellectu angelico, vel de quoconque creato, perfecto & superiori modo intelligenti, vt est intellectus vidēis Deum vt sic. Nam quatenus perfecte cognoscunt res prout in se sunt, vel in seipsis, non formant entia rationis. Intellectus vero angelicus, si qua fortasse intelligit imperfecto modo, & per alienas species aut conceptus, potest aliqua entia rationis formare, vt cognoscendo Deum naturali cognitione, potest illum cognoscere per aliquam habitudinem ad creaturas, & distinctionem rationis in illo formare. Sed huius rei rationem & expositionem Theologis remittimus, quia supponit perfectam intelligentiam circa modum cognoscendi angelorum.

B S E C T I O III.

An ratiō diuidatur ens rationis in negationem, priuationem, & relationem.

Duisio hoc satiū vulgaris est: habetq; fundamentum in Aristotele 4. Metaphys. in princip. vbi negotiationes & priuationes ponit inter entia, cum tamen reuera non entia sint: vnde solū potuit ea sic numerare, quia entia rationis sunt. Atque ita postea lib. 5. cap. 7. declarat, esse talium entium solū esse secundum prædicationem veram, atque adeo per intellectum, atque codem libro cap. 15. insinuat relationes rationis. Sumitur etiam illa diuisio ex Diuo Thoma, questione 21. De Veritate, articulo primo, & in 1. distinct. secunda, quæst. prima, articulo tertio, & distinct. 19. quæst. 1. articulo 1. & omnes recentiores eadem partitione vtuntur.

D.Thomæ
21. De Veritate
1. articulo
primo
19. quæst. 1. articulo 1.

Difficultates circa diuisionem positam.

Habet tamen nonnullam difficultatem, tū in sufficientia, tum etiam in distinctione horum membrorum sub hmoi diuisio: Et de priori quidē parte dicemus sc̄. seq. Quoad alteram vero partem rō dubitandi breviter esse potest, quia negotiationes & priuationes immixto numerati videtur inter entia rationis, quia non sunt aliquid mēte cōfictū, sed verē rebus ipsiis conuenient, nā in re ipsa acer est tenebrosus, & carēt lumine, & hō est non albus si sit niger. Quod si hac dicantur esse entia rationis quatenus per modū entis singuntur, hoc mō omnia entia rationis erūt negotiationes quædam, quia omnia sunt non entia realia & vera, & hac negationē intrinsecè includuntur. Aliunde ē non apparent cur negoti, & priuatione vt diuersa entia rationis numerentur, quia si considerentur formaliter, & quoad carentiam seu fictionem entitatis, nō hñt diuersitatē: q; autē differant ex habitudine seu connotatione subiecti aut potentia receptiæ, sub ea connotatione non differunt in aliqua entitate